

# TAUTOLOGIA DUODECIMA.

## VENIT HORA, ET NUNC EST.

Ioann. 4. v. 23.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

**I**N novissima Tautologia obijcitur ac exponitur hora novissima tam quoad manifestationem Salvatoris; quam quoad notitiam iudicij universalis. De primo Samaritana dicitur; dum illa de templo superstitioso in adorationem gloriaretur: *Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.* De secundo, Dominus ipse Iudæis rebellibus ac malignis: *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei.* Huiusmodi Hebraismi, aut phrasos usus etiam elucet apud Ioannem, vicentem de Maligno, in quo positus erat mundus: *Hic est Anti-Christus, de quo audivistis, quoniam (pro Quod) venit, & nunc iam in mundo est.* Sicine alia affines arcanæque auctoritates, utilis ac curiose ad sacra investigationis. Cum stylus atque sententiarum novitate, quæ tam alta, obijciuntur implicatione; ut necesse studio deliciofissimè fracta, suavior nuclei dulcescat intelligentia. Ratio itaque statim intus pungetur, eò quod futurum uti præfens exhibetur. *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient, &c. Audient.* Si audient, ut audiant iam venit hora? Haudquaquam: non futurum, si nunc est. Deinde: Tempus, quo iudicium universale, futurum: tunc omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: quo pacto iam venit hoc? Quomodo venit hora, inò nunc est? Altruatur idem propositum argumenti ex colloquio cum femina Samaritæ. *Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt.* Cadit aptè, *Venit hora,* ut dicitur v. 21. Si in futuram adorationem veniet; unde *nunc est,* uti signat articulus Tautologie? Denique: Quis nesciat, quod in mundi sine, in scandalum universi, revelandus sit homo peccati, filius perditionis, plenus doli, atque diabolice fraudis? Si venturus in sæculorum, mundi que extremo; qua lege nunc iam Anti-Christus in mundo? Hæc & alia nobis negotium facessent in præfenti Tautologia.

Ioan. 5. 23.

Quoniam pro Quod.

1. Ioann. 4. 3.

Testimonia imitantia mysterij sæc. 12.

Expositio 1.

Chrysof.

Christi unde baptizatus insignis præphetarum.

Unum pro unico.

Ovid.

Maldonat.

Expositio 2.

Enallage.

1. *Venit hora, & nunc est.* Chrysof. hic, *Homil. 32.* cogitat huiusmodi stylo indicari à Domino suæ præstantiam prophetiæ, ob differentiam modi prophetandi, ut mulier non solum uti Prophetam coleret Christum, sed unum, idest, primum Prophetarum: igitur à sæculo nunquam sic locutus est homo. *O mulier, non solum locus tantum, sed & colendi modus mutabitur* (inquit) *atque ista in foribus sunt.* *Venit enim hora, & nunc est:* quamquidem Prophetæ multo post tempore ventura prædicebant: id hoc loco tollens, dixit: *Et nunc est. Q. d. Ne existimes hanc talem esse prophetiam, ut multo post tempore sic complenda. Res enim ipsa iam insunt, & in foribus sunt; quando veri adoratores Patrem adorabunt in spiritu & veritate.* Aliqui Prophetarum prædicunt aliqua, hic omnia. Non enim uti cæteri habet spiritum ad mensuram. Qui de cælo venit, super omnes est. Prædicat & dicit: prænuñciat & nunciat insigniter maior cunctis, tamquam unus ex Prophetis: qua de causa dum hora venit, addit: *Et nunc est.* Iam in mundo Messias, cuius adventu ut coniter veri adoratores; nec in monte hoc nec in Hierosolymis pater cœlestis celebrabitur cultus; sed in orbe toto, corde humano, Dei optatissimo acceptabili templo. Ovid. 2. de Ponto, Eleg. 1. v. 27.

*Namine caelesti Solem fulsisse serenum,  
Illo quo templura pectore semper habet.*

3. Maldonatus hic num. 59. inquit: *Credo Christum addidisse Et nunc est; ut magis mulieris animum ad inquirendum accenderet: interesse enim sua id scire, quandoquidem iam venisset tempus.* Quia non venisse cogitaverat, cogitationem religionis prætermiserat: Christus ut illam attraheret, ut se, Deum & religionem studiose quæreret in vera sublimiore adoratione; tempus non solum signat esse, sed adesse. Brevius (nescio an genuinè) dicam. *Venit hora, & nunc est.* Pater Enallage: *Venit pro Veniet;* ut v. 21. *Mulier crede mi-*

*mibi, quia venit hora.* Ex vi vocis liquet acceptio. Si venit, non pervenit. Hispanicè vigilantur: *Va viniendo.* Si nunc venit, nunc non hic est. Unde sensus: Nunc venit, sed non apparet: citò signabitur Nunc. Veniens veniet, & nunc est, quia venit nunc. Frequens huiusmodi schemata in sacra pagina & in eodem tractu quo Tautologia: Elucet in ipso Samaritanæ colloquio. Percussa dicitis à Christo, subdit v. 25. *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus: cum ergo venerit, ille nobis annuntiavit omnia.* Implicant primo oculo rum actu *Venit & Cum venierit:* igitur destruit quicquid alioit: caduntque, quæ contraria videntur ad amissum per Enallagem: pro futuro, quod præfens sonat, accepto. Hoc est, scio quod Messias veniet: cum ergo venerit, nobis annuntiabit omnia. Ibid. cap. 5. 24. Afferor N. dicit: *Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me; & habet vitam æternam, & in iudicium non venit.* Hoc est, in damnationem non veniet; quia habebit vitam æternam. *Hic erat, quem dixi (loquitur Præcursor) qui post me venturus est.* Græcè, *Qui post me venit.* Ierem. 23. 5. *Ecce dies veniunt dicit Dominus.* Hebr. *Dies venient.* Idem Sepuaginta legentibus, *Veniunt:* Vulgatus in Ierem. præfat. 31. 34. & in *Epist. ad Hebr.* 8. 8. ubi fit allegatio testimonij, vertit: *Ecce dies venient.* Plena sunt sacra folia. Hebr. ut præfens indicet vel in ipsa præfenti demonstratione futurum; dicit: *Ecce dies venientes.* Ita ergo exponendum illud de Anti-Christo: *Quoniam venit.* Alia infra num. 11. ad illud: *Nunc iam in mundo est.*

4. Modò in argumentum. *Venit hora, & nunc est.* Nunc est, & adest, dum venit: Uti quæ. Nunc est, idest, nunc incipit. Christus, qui venturus iudicabatur præfens. Unde dicit v. 26. *Ego sum, qui loquor tecum.* Venit, quippe manifestabitur; & nunc est, quia præfens, & manifestatur nunc. Ex contextu liquet. Illa dixit, ut vidimus: *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus: cum ergo venerit ille, &c.* Ergo venit, & veniet, & simul eius adventus tempus venit & nunc est: quandoquidem dum eius præfentia ostensione demonstratur; restat ut manifestetur. Venit & veniet. Venit, quippequam videtur: veniet, quia necedum pro doctrinam cognoscitur: igitur si ex præfentia, humane conditioni commoda magna; cum veniet, nobis annuntiabit omnia. Venit & veniet: iam ergo venit inchoando cultum; sed veniet, ut consummet ministerium. Venit & veniet. Venit, cuius adventus est nunc propter initium gratiæ ad statum novi constituendi testamenti: & simul veniet, quippe perleverabit huiusmodi gratiæ status usque veniat finis mundi. *Ecce ego vobis sum jam omnibus actus; usque ad consummationem sæculi.* Matth. 28. 20. Aristophanes in *Aves*, Act. 10. v. 19. in nostram cogitationem accinit:

*Longè ab hinc; sed hic iam est.*

5. Semper enim urget, quod sic hora, antequam veniat, ut afferitur: quo quidem proposito à Ioanne dicitur: *Filioli, novissima hora est.* Si novissima, nunc non est, quippequam veniet. Si ventura, nunc non est novissima hora. Ita extrema solet explicari calamitas, ac sine effugio lævæ fortis infelicitas. Sophocel. in *Aiac.* à v. 852. & Senec. in *Thyest.* v. 876.

*Labor labori; labori laborem fert.  
Vallè uti: mura sanè, & nunquam rursus deinceps.  
In nos atai ultima venit.  
O nos durà forte creatos!*

Unde OEcumenius horam novissimam accipit pro pessima, seu calamitate summa; quod aliter signamus, afferentes esse in extrema prorùs tegula, quasi in extremo malorum, ultima linea ærumanarum. Aliquando Novissimum accipitur uti postremum in ordine aut tempore; uti illud in Evangelio tritum: *Erunt novissimi primi & primi novissimi;* qua quidem acceptione usquequaque utitur Ovidius, de Getarum climate querulus: 2. Trist. Eleg. unic. v. 213. 3. Eleg. 13. v. 27.

*Hæc est Ausonio sub ture novissima tellus.*

*Dum me terrarum pars penè novissima Ponti.*

Tacit. 5. *Histor.* cap. 2. *Iudæos* (ait) *Cretà insulâ profugos, novissima Libya insidisse memorat:* idest, extremos fines. *Annal.* 2. cap. 24. *Ue credatur novissimum ac sine terris mare.* Pro extremo tempore; præter sacra (quæ memorantur novissima, Deuter. 32. 20. *Psalm.* 71. 19. *Sapient.* 2. 16. & *Ecl. 7.* 40.) Idem Tacitus in *Agricol.* cap. 45. *Novissimis sermonibus & novissima luce.* Cicer. 3. ad *Attic. Epist.* 10. *Novissimis bis verbis usus sum: pro denique.* At in communi acceptione usurparur pro qualitate articuli sive boni sive mali, quasi illa in constitutione lævæ vel fausta, nil ultra. *Læta;* Virgil. 4. *Eclog.* v. 4.

*Ultima Cumai venit iam carminis atai.*

Expositio 1

Verf. 5. Præfens pro futuro

Cap. 1. 15.

Præfenti pro manifestatiõne.

Expositio 4

Aristophan.

1. Ioan. 2. 18.

Sophocel.

Novissimum pro infelici Et ultimo in ordine tempore.

Ovid.

Tacit.

Pro Denique.

Virgil.

Pro excessu in re quibus

Tacit.

Novissima hora non est orbis hora novissima

Et pro Potius adititium pro comparatione

Ioann. 16. 33.

Horam non pro tempore puncto, sed obsequio pro tempore, Comparatio sine mixta comparationis.

Ibid.

a. Theosal. 2. a. 7. Unde modo in orbe tempora Antichristi

Matth. 17. 11.

Ultima, id est, felicissima; quippequam magnus ab integro saeculorum nascitur ordo. Pro-  
pert. lib. 1. Eleg. 3. v. ult. Ultima cura. Hoc est, principalis: lib. 4. Eleg. 1. v. 2. 5. Ultima  
praeda: nimirum dives, optima. Funesta, idem 1. Eleg. 5. v. 4. Infelix propterea ultima  
nosse mala. Tacit. 1. Histor. cap. 47. Exaetio per scelera die novissimum malorum fuit le-  
titia. 6. Annal. cap. 8. Novissimum consilium: denique cap. 50. Caesar a summa [pr] novissi-  
ma expectabat. Hoc est, ut ait Freinshem. supremam mortem, postremam ac summam  
calamitatem. Ita ergo intelligenda est Hora novissima, quasi non solum scena malorum,  
sed praegravitate cunctorum compendium, ultra quod haud videtur cogitari tribulatio;  
quoniam perfectionum primus & ultimus ordo.

6. Nonnulli pro solutione nodi, ampliori student difficultati, cogitantes cogitatio-  
nes ut emergant, summerfi cogitationibus. Quapropter novissimam horam statum homi-  
nimum ultimum signant, quasi triplicem habuissent: legis scilicet naturalis, scriptae legis,  
& denique gratiae; ultra quos nullus alius. Unde cum hic fit postremus, vocatur hora, si-  
ve status novissimus. Alius quippe usque in mundi finem expectandus non est, quoniam  
non erit: igitur Christus venit homo in fine temporum; & ut hominum mutetur status,  
amplius non dabitur tempus. Venit etenim copia ampliori gratiarum in beneficium-ho-  
minis, quas retraxit praeteritis saeculis; ut felicius in lege novissima gratiae vivant: quan-  
doquidem venit, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Illustre profecto ratiocini-  
um! O quantum est in rebus ioane! Qui singulares sine Scripturae fulcro videri aut  
esse sollicitant; a veritate singulariter aberrant. Quorsum huiusmodi cogitationum mo-  
les, cum proposito Epistolae Ioannis? Ambulant vias difficiles; qui pudori sit in anfra-  
ctibus haerere, vel e cautibus pinguem cogitationem praecipitare.

7. Sub manum est testimonij difficilis expositio, & genuina. Pro quo sciendum, in-  
terdum in sententijs Sacrae paginae, dari sive intelligi comparationem absque expressa  
comparatione, nec comparationis indice. Jerem. 23. 13. In Prophetis Samaria vidi fa-  
nitatem & (pro Potius & Magis) in Prophetis Ierusalem. Psalm. 143. 15. Beatus dixere-  
runt populum cui haec sunt: beatus (beator, magis felix) cuius Dominus Deus eius. Testi-  
monij alij parco, quia fuse egi, Tom. 2. T. 5. n. 20. — 3. T. 4. n. 41. T. 12. n. 26. & T. 13.  
n. 23. — Tom. 4. T. 5. n. 27. T. 6. n. 23. T. 9. n. 44. T. 10. n. 21. Quo tempore Ioannes scrip-  
sit, vexata erat Ecclesia varijs incuribus Ethnicorum Principum, ut Domiciani, ac er-  
roribus hereticorum, Ebionis scilicet & Cerinthi. In custodiam vigilabat Ioannes, & ne  
in neophitis caderet suscepta Christiana fides; dicit: Novissima hora est. Id est, adinstat  
novissimae hora. Hora non sumitur pro tempore signato, seu puncto temporis (ut dicit  
Asterot N. discipulis, Ioann. 16. 32. Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergamini  
unusquisque in propria, &c. & hostibus occurrentibus, Luc. 22. 53. Haec est hora vestra,  
& potestas tenebrarum (sed pro tempore, ut illud Pauli, Rom. 15. 11. Hora est iam nos  
de somno surgere. Ioann. 7. 30. Nondum venerat hora eius: quod quidem clare expres-  
sit Dominus, ibid. v. 6. dicens: Tempus meum nondum advenit; tempus autem vestrum  
semper est paratum. Illo ergo in tempore inimicis vallata gravi vulnere ubique loco-  
rum gemebat Ecclesia. Persecutio in novissimis temporibus, cum venerit Anti-Chri-  
stus, cunctis erit gravior: qualis non fuit ex quo gentes esse ceperunt. Unde cum per-  
secutio sub tyrannide Domiciani esset gravissima, dicit fidelibus Ioannes: Haec est no-  
vissima hora. Haud quia novissima tempora, sive persecutio ultima extremis arminis;  
sed tamquam speculum extremae persecutionis: quod namque ex contextu liquet.

8. Filii (ait) novissima hora est: & sicut audistis, quia Anti-Christus venit, & nunc  
Anti-Christi multi sunt: unde scimus, quia novissima hora est. Anti-Christus non vene-  
rat, Anti-Christi non erant; sed dumtaxat Anti-Christus: & cum illius persecutio futura  
in hora novissima; quia illa praesens persecutio tot hostibus (sicut Anti-Christus) cordo-  
lij, ac cruciatibus plena, dicitur apte novissima hora. In diebus illis & refrigescet cha-  
ritas, & abundabit iniquitas: & sicut multi similes Anti-Christo venturo; ita illa hora  
& tempora sicut tempora novissima. Tunc revelabitur ille iniquus, cuius est adventus se-  
cundum operationem Satanae in omni virtute, & signis & prodigijs mendacibus; in omni  
seductione iniquitatis; ijs qui pereunt. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Objig-  
nabitur quid tunc fiet, & quid sit in praevijs Ecclesiae persecutionibus, novissimae specimi-  
nibus: equidem si novissima tota dira crudelitas, furor, truculentia, iniquitas; in praes-  
enti gravissima urgentia temporis, mysterium iam operatur deventuram iniquitatis. Quod  
futurum, modo fit, quoniam dies mali sunt. Ita exponitur perspicuo illud Christi, disci-  
pulis dicentis; Elias quidem venturus est, & resistet omnia. Dico autem vobis, quia  
Elias

Elias iam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quaecumque voluerunt. Non  
implicat Venturus, & iam venit; propter comparationem Baptista, praecedentis in spiri-  
tu & virtute Elias. Elias venit, ut resistat omnia: omnia resistit praeparatione Bap-  
tista. Non duo unus in entitate, sed in virtute, utriusque perfecta comparatione; cum  
idem manus, perfectio, dignitas atque maiestas. Ioannes igitur, si recipere vultis, ipse  
est Elias. Pende: Ipse est Elias, qui venturus est. Nullum nisi in persona discernim. Qui  
venit, veniet. Ipse est, & non ipse: equidem cum nulla distinctio charismatum; & ead-  
em forma atque signa perfectionum; in officium profecto diversi adventus, venit sane,  
qui venturus.

Si vultis volucris penetralia noscere saeculi,  
Ipse est Elias, felix venturus in aevum.

Succinit Iuven. 2. Histor. Evangel. v. 549. Non secus delicabitur Hora novissima cum  
necdum esset novissima hora. Gravis Anti-Christi in Ecclesiam perfectio. Gravis in pri-  
mitiva tyrannorum tribulatio. Eadem species afflictionum, eadem procella a qua fulmi-  
na crucianimum; & cum nil esset discriminis inter praesuram utriusque perfectionis; ut  
videre exprimeret tanta hostilitatis deplorabile tempus, tamquam in signum ostendit  
quae in novissimis temporibus. Idem ibid. lib. 4. v. 134.

Nam cunctis venient sevisima pondera terris;  
Tale malum non secula prius, nec postera norunt.

9. Ampliori nodo magis ac magis dilacebit expositio. Omnis spiritus (subdit Ioan-  
nes) qui solvit Iesum, ex Deo non est: & hic est Anti-Christus, de quo audistis, quoniam  
venit, & nunc iam in mundo est. Omnis spiritus, nimirum, omnis homo, qui solvit Ie-  
sum, id est, qui seungit in Iesu humanitatem ad divinitatem, vel e contra, cum Deus & ho-  
mo unus sit Christus, ex Deo non est: & hic est Anti-Christus: q. d. & hic est Anti-Chri-  
stus: ex illius factione nimirum, qui est persecutor Ecclesiae. Graecismus est, ut qui alicui-  
us omni modo, is dicatur cuius est, propter indistinguibilem similitudinem morum;  
quippe operationes explicant constitutum. Hac enim de causa de proditore Iuda dixit  
Magister caelestis, Ioann. 6. 71. Nomen ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus est;  
& Diabolus dicitur, qui omnino diaboli, operibus conditionem ac naturam diaboli exprit-  
mentibus. Unde Dominus Iesus dixit etiam Iudaeis, Ibid. 8. 44. Vos ex patre diabolo estis,  
& (pro Quia) desideria patris vestri vultis facere. In proditore non solum valuit, sed  
pravaltit iniquitas: & qui diaboli, diabolus dicitur; quoniam introivit in eum Satanus.  
Per Heterosim saepe in Scriptura excessus cuiuslibet rei vigilanter exprimitur: equidem  
cum huiusmodi schemate abstracta demonstrant quae concreta; dicta vividius praese-  
rentur non ut participata, sed tamquam forma: igitur sicine quod forma videmus in  
operibus effectum, objicimus ut radicem ac principium operum. Daniel. 7. 10. & 26.  
Iudicium sedit, pro Iudex sedit: Igitur Iudex ita addictus formae legum; ut licet ipse fe-  
derit, non ipse, sed ipsum videatur federe iudicium. Iudex v. 4. quem Dominatorem &  
Dominum dicit; v. 8. signat Dominatorem & maiestatem: siquidem non solum est ma-  
iestas in dominatione summa, sed etiam ipsa suprema in maiestate maiestas. Ovid. 5.  
Fastor. a. v. 25.

Hinc nata maiestas, quae mundum temperat omnem.  
Asidet inde Iovi: Iovis est fidelissima custos.

Zachar. 8. 13. Sicut eratis maledictio in gentibus, eritis benedictio. Maledictio & benedi-  
ctio pro Maledicti & Benedicti; sed cum excessu & epita: etenim secundum multitudi-  
nem praemientium peccatorum, abundantia respondit consolationum: ita ut qui penitus  
opprobrium fuissent, faulle & auggule felicissimi florent. Vide dicta, Tom. 4. T. 8. n. 8.  
5. T. 10. n. 20. & 7. T. 5. n. 4.

10. Etiam inter Ethnicos usus, ut clareat in rebus excessus, vel Maximum quod sic,  
ultra quod etiam cogitatio nihil est. Virgil. 3. Eclog. v. 66. Meus ignis Amintibus: quod  
sumpsit ex Horat. Epod. 14. v. 13. ubi: Non pulchrior ignis. Sicut ex illo diceretur Tibul-  
lus. lib. 4. Eleg. 5. v. 6. Nemelus Eclog. 3. v. 13. & Ovid. 2. Amor. Eleg. 16. v. 11. quod  
Meus ignis abest: sicut Epist. 19. v. 25. Fraus mea, Virgil. 8. Aeneid. v. 581.

Dum te chore puer, mea sera & sola voluptas.

Uti in re amabili ac deliciofa, ita usus in odibili & adversa. Petron. in Satyric. pagin. 77.  
Quid dicit, omnium bonitatum, Deorumque pudor? Euripid. in Heraclid. v. 941. O odium!  
Venis? Terent. in Eunuch. Act. 5. scen. 6. v. 17. scelustum vocat Scelus, dicens: Visum est  
Scelus nos irridere; sicut Aristophan. in Aves, Act. 5. v. 141. Dolm dolosum indigitat.  
Sen.

Ibid. 11.

Iuven.

Idem.

Ubi supra

Enallage.

Ioan. 6. 71

Et pro Quia, Cap. 8. 44. Microsita.

Abraha pro concreta.

Ovid.

Virgil.

In amore re otio, ad excessum forma pro effectu ex primis.

Sensus hic elucet germanus nostrae auctoritati; equidem cum in summum devenerit tunc dignitas in Christum, qui florebit in Anti-Christo; est Anti-Christi factio sit (& Anti-Christum malitia proterve sequatur) non Anti-Christi, sed Anti-Christus dicitur, tamquam flagitiorum atque scelerum origo, gratis, verum capiose vendundus tunc peccato. In Anti-Christi persecutione abundavit iniquitas. Matth. 24. 12. *Iniquitas* iustificatur pro iniquis, sicut vocavit David. *Declinaverunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.* Impii illi molesti, quos vocat per Auxilium, *Iniquitates*, pravissimi demofrans malitiam cordis: igitur in illis tanta sine lege pravitas, ut non essent iniqui, sed ipsi iniquitas. Crevit initio Ecclesiae ita hereticorum cum persecutione audacia: ut tunc videretur novissima hora, in qua maior Ecclesiae tribulatio, utpote sub tyranno fidelibus infestissimo. Quare cum illo in tempore esset in Ecclesia summa dolorum, quasi iam pateretur Anti-Christum; vocat Ioannes novissimam horam in persecutione, quia tunc tyranni videbantur Anti-Christi.

11 Hoc igitur intuitu addit: *Anti-Christus, de quo audistis, quoniam venit; & nunc iam in mundo est.* Difficile videretur, quia venturus. Venit (alia infr.) sed non venit Anti-Christus. In mundo est, qui necdum in mundo. Non venit, nec est in mundo ille iniquus, homo peccati, perditionis filius, sed est & venit in mundum spiritus eius; igitur Anti-Christi iam in terra signamus habitationem per morum similitudinem. Ita textus. *Omnis spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est, & (pro Sed) hic (nimirum spiritus) est (maliginitate) Anti-Christus; de quo audistis (audivistis) quoniam venit, & (pro Quia) nunc iam (operum univocatione, & spiritus similitudine) in mundo est.* Viva imago futurorum, non umbra obijcit oculis. *Parabola est temporis instantis; ut ait Paulus, Hebr. 9. 9.* In mundo est, qui venturas formidatur. Non alius, nisi Anti-Christus dicitur. Quisquis Verbum Dei negat hominem factum: hic est vere Picado propheta, qui venturus est in mundum. *Venit, & nunc iam in mundo est.* Venit praesens pro futuro, ut saepe alibi in sacro eloquio. *Apocal. 21. 5. Dixit qui sedebat in throno: Ecce nova factio omnia pro faciam.* *Ioan. 15. 6. Sicut palmet, & arefiet: & in ignem mittent & ardet, pro Ardebit.* Ita in nostris Tautologijs, ut vidimus, num. 1. Cum praesenti tempore ac simul futuro, atruitur firmet nostra cogitatio: equidem cum ex similitudine morum haud discernatur differentia personarum; in Ecclesia onus, idem venit, qui venturus. Distinguantur in tempore, sed non in operatione, iam venit, qui venit. Anti-Christus est in mundo, dum eius floret & ad unquam imago: videt modo orbis miserime oppressus, quisquid facit Anti-Christus. Nunc iam est hora novissima: tyrannorum haud distinguibilis in tyrannide forma. Retorqueatur Martialis, *lib. 1. Epigram. 110.*

— *Tam similem videbis ipsum,  
Ut sit tam similis sibi nec ipse:  
Ipsam denique pone cum tyranno:  
Aut utrumque putabis esse verum,  
Aut utrumque putabis esse pictum.*

12 Veniet ergo Anti-Christus, sed in novissima hora, aut novissimis diebus. Hinc modus loquendi cum alijs idiotisimis explicandus a nobis, & in claritate Pleonastem, & in Lectoris gratiam, Scripturarum curiosi. Saep in Sacra pagina legitur: *In novissimis diebus, in novissimis temporibus.* Singulariter etiam: *In novissimo die: in novissimo diebus: Novissime diebus istis: Novissima hora: Finis saeculorum, & Saeculorum consummationem, & consummationem saeculi: Plenitudinem temporum: Tempora saecularia; & ad aia id genus: quod quidem strictim exponendum pro sensu praesentium Tautologiarum.* *Novissimum interdam usurpatur pro re vili & despecta, exigui & nullius pretij, indignus oculorum iactu.* Unde de Christo Iesai. 53. 3. *Despectum & novissimum virorum.* *Ierem. 50. 12.* de Babylone, quae tunc provinciarum princeps: *Confusa est & ad aqua pulvea rive: ecce novissima erit in genibus.* *Saul eodem proposito, 1. Reg. 9. 21. dixit Samuel: Cognata mea novissima (nullius scilicet auctoritatis) inter omnes familias de tribu Benjamin.* Quo intelligitur proverbium eloquij sacri, quo cunctiorum exterminium signatur; puta: *Percussam clausum & novissimum in Israel.* *3. Reg. 14. 10. & 4. cap. 9. 8. Hebr. Clausum & derelictum.* Clausum, uti pretiosum: derelictum, quasi in illo nullum pretium. Aliter, summum & infimum; inum & supremum: dignum aspectu & despectu: estimabile scilicet & contemptibile. Cancta sane in exitum, quod alijs in locis dicitur *Clausum & residuum.* *Deuter. 32. 36. Clausum & ultimum.* *3. Reg. 21. 21. Clausi & extremos.* *4. Reg. 24. 26. Caput & caudam; incurvantem & refrivantem; id est, senem & juvenem; Iesai. 9.*

Psal. 14.  
Epitaphi  
Anxiosi.

Et pro Sed  
& Quia.

Cur malignus  
& in malitia  
proterve dicitur  
Anti-Christus  
Praesens pro futuro.

Martialis

Acceptio  
voci Novissimum.  
Prore despicibilis,  
nullius pretij.

3. Reg. 14.  
10.

14. Hispan. *Todos a rosa y veloso.* Ut dicitur ibid. cap. 56. 11. *Omnis, a summo usque ad novissimum.* Quo quidem patet per novissimum indicari valde despectum: quo intuitu *Ieroboaan fecit de novissimis populi sacerdotes Excellentum.* *3. Reg. 13. 33.* Vide a. n. 5.

13 *Novissimum.* Haec vox nonnumquam significat sequentia in temporibus. Unde *novissimi dies*, id est, dies sequentes, non immediate, sed absolute: quandoquidem si immediate, singulariter signantur. *Act. 1. 5. Baptizabimini Spiritu Sancto non post multos dies* pariterque, si extra communem cogitationem differret effectus. *Osec. 1. 3. Dies multos expediat me: quia dies multos sedebant filij Israel sine Rege.* Item novissima tempora, sunt tempora posteriora & nequaquam temporum extrema, nisi respective: quapropter huiusmodi periodus intelligenda, pro *Deinde*, aut *Postea*, aut *Post haec*. Elucet ex auctoritate Petri dicentis, *Act. 2. 17. Erit in novissimis diebus: quae quidem sumpta ex Ioel, dicente duntaxat, 2. 28. Et erit post haec.* Similiter *Osec. d. v. 5. Post haec revertentur.* *Hebr. In novissimis diebus.* Novissimi dies, haud quia novissimi; sed quia extremi respectu temporis, ex quo dies signati tamquam novissimi; igitur ratione continuationis successivi futuri temporis, illi dies quibus futuri indicantur, sicut primi, vel priores; & signati, novissimi, quia posteriores. Unde *Iacob. 49. 1. dixit filijs: Congregamini, ut annunciem quae ventura sunt vobis, in diebus novissimis.* Non de ultimis saeculi loquitur, sed de posterioribus ad illa, in quibus futura nunciabat, praedicens ex tunc quae ventura erant. Praedicens ventura afflatus a vero Numine, haud quia legit in volumine caeli, ut somniarunt Rabbinii, a quibus erronee desumpti Origenes, qui apud Procop. in *Genes. 1. 14. & Esseb. 6. de Preparat. Evang. cap. 9. ait: Universum caelum est quasi liber quidam apertus, omnia futura in se velut praescripta & praenotata continens. Quocirca in Oratione Ioseph (libellus est antiquus, plenus delictijs, ut notat Athanasius in Synopsi, quem vocat Origenes *Mysticam narrationem Ioseph*) sic intelligi potest illud, quod Iacob dixit filijs suis: *Legi in tabulis caeli quae tumque contingent vobis & filijs vestris.* *Adi Kircher. in Grammat. Aegyptior. Class. 2. cap. 1. 5. 4. & in Mathematici. Hierogl. cap. 7.* Latè retulimus ac refutabimus huiusmodi stultas cogitationes, *Tom. 6. T. 1. a num. 16. Ergo in nostrum institutum.**

14 Ergo *In diebus novissimis* non intelligendum absolute de novissimis diebus, sed de diebus posterioribus (ea tempora quibus isthaec enunciat gnat, sequentibus) quasi diceret: *Deinde*, ut illud *Matth. 25. 11. Novissime vero veniunt & reliqua virgines; & Marc. 16. 14. Novissimi recumbentibus illis duo: nec m apparuit: id est, post haec, vel Postea*, alias esset falsum (quod abest) siquidem novissime proprie ante diem ascensionis apparuit Iesus gloriosus ad Mare Tiberiadis. *Ioan. 21. 1. Clare contra ex Iosepho, 2. Antiq. cap. 4. Iacobus (infit) inter manus filiorum vitam finivit, praecatus eis prius prosperitatem & abundantiam & vaticinans quod singulorum posteri in partem possessionis Guvanicae terre essent perventuri: id quod factum est aliquanto post tempore.* Ex testimonis is sacris etiam elucet. Unde Malucnda legit: *In posteritate dierum: non In dierum postremitate.* *Daniel. 2. 28. Quae ventura sunt in novissimis temporibus: Id est, post te; quod ex seqq. liquet.* Florebat in throno gloriosus Nabuchus, cui cogitanti de splendore successorum, & regni Babylonij duratione, advenit somnus in metallis statue ventura ostendens. *Indicat Vates. Tu rex (infit) cogitare capisti in fratre tuo, quid esset futurum post haec.* Quid ad illum finis saeculorum, vel novissima temporum? *Spiritus autem manifesti dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, &c. 1. Tim. 4. 1. Hoc est, decurru temporis. Hoc autem scito (ni subinde futurum; quid ad Timotheum illud scire, vel ignorare?) quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipos amantes, &c.* Hoc est, post obitum meum (quod oportet scire, ut servas fidei depositum tibi a me creditum. *Fecit, uti memoratur Apocal. 2. a. 1.) sicut Mileti ipse Paulus allocutus est Ephesios, dicens: Scio quantum intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipsi exurgent viri loquentes perverfa, ut abducant discipulos post se.* *Act. 20. 29. Eodem sensu, allusione in idem tempus, quo pollularunt in Ecclesia tot haereson pravatricium virulenta zyzania; Petrus, 2. Epist. 3. 3. ait: Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias, &c. Impleti vel sub tempore Apostoli fanatissimi Iude, quod a Principibus sacri collegij praefatum: & propter postquam suis coloribus seductores depinxit; ait: Vos autem, charissimi, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab Apostolis D. N. Iesu-Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum desideria sua, &c. His ergo satis firmum*

Pro tempore  
sequenti in  
summe.

Novissim;  
pro Deinde,  
Postea, aut  
Post hec.

Qui Dies no  
vissimi

Gen. 49. 1.

In firmam  
to literis stel  
larum non  
sunt scripta  
ventura.

Origen.

Marc. 16.  
14.

Iosephi

Daniel. 2.

1. Tim. 4. 1.

Novissim;  
pro decurru  
temporum

2. Petr. 3.  
3.

In. e. 1.

dies novissimos, & novissima tempora non esse quoad secula tempora novissima; sed illis temporibus posteriora.

15 Novissimum, ut dixi, semper connotat tempus subsecutum; sed non semper extremum. Considerandum ergo est, quod Novissimum dicitur absolute & respectively. Absolute respectu temporis: respectively, de his quae sunt in tempore; quippe finem habere debet, quod initium habet, ut canit vel Ethnicus, 4. Astronom. cap. 1. a. v. 1. 4.

Certa sunt omnia lege; Longaque per certos signantur tempora cursus. Nascentes morimur, finisque ab origine pendet; Paupertas, artesque datae, moresque creati; Et vitia & clades, damna & compendia vita.

Astruitur eius mortalitas, cui contingit ad esse nativitas. Ita statuitur naturae decreto. Finis debetur principio.

Lex universi est, cui iubet nasci, mori.

Publ. Syr.

Accinit Publ. Syr. Mim. 64. Tributum est vitæ. Quisquis ad vitam editur, morti destinatur: ait Stoic. Cordubens. ad Polib. cap. 30. & Epist. 54. in hoc enim erramus (subdit) quoad mortem iudicamus sequi, cum illa & praecesserit & secutura sit. Latius agemus innum. 38. in temporis instantia. Propterea respectively ad acta vel agenda (etsi non ultima respectu totius durationis temporis) sunt illis tempora tempora, novissima: etenim cum sint in tempore cum fine & principio temporis necessarii ad constitutionem praefixæ ac connaturalis durationis; sunt illis uti finis novissima tempora, quæ sunt aliorum principia.

Numer. 13

Signanter exprimitur Numer. 23. 10. quod Balaam optat: Fiant novissima mea verum similia, Mea dicit: igitur quæ illi novissima, alteri sanè durationis exordia. Ita intelligendum 2. Reg. 23. 1. to Verba novissima David: Et in Evangelistis: Novissima hominis illius peiora prioribus. Idem, Prov. 5. 4. & 11. & 31. 2. 5. Ita dicuntur futura & praterita, novissima & antiqua, primus & novissimus. Psalm. 138. 5. Isai. 41. 4. 22. 44. 6. & Apoc. 7. 17. & 22. 13.

Novissimū

16 Non dubium est, aliquando intelligenda esse novissima pro temporum fine, quod indicatur aliquâ singulari connotatione. Job, 19. 25. Scio, quod Redemptor meus vivit, & in novissima die de terra surrecturus sum. Idem, Ioann. 6. 39. 44. & 55. simulque, 1. 24. ubi Martha: Scio, quia resurget in resurrectione in novissimo die. Aliud signum apponitur cap. 12. 48. Iudicabit eum in novissimo die. Cum intraverit plenitudo Gentium, tunc omnis Israël salvus fiet. Unde cum in fine temporis huiusmodi conversio futura; illi dies erunt novissima tempora. De illis Osee 3. à 4. Dies multos sedebunt filij Israël sine Rege & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine episcopo, & sine theraphim: & post hæc revertentur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & (Christum) David Regem suum, & paventur ad Dominum & ad bonum in novissimo dierum. Ezech. 38. 8. & 16. Post dies multos visitaberis: in novissimo annorum venies: in novissimis diebus eris, & adducam te super terram meam; ut sciant Gentes me, cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum. O Gog! Tempus respectu temporum patet extremum, cum in illo ut novissimo connotet Anti-Christum. Imò quin novissimum notetur; per connotationem ut novissimum cognoscitur. Daniel, 12. 1. dicitur: In tempore autem illo consurgent Michael, Princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & in tempore illo salvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit in libro: & multi, de his qui dormiant in terra pavore, evigilabunt, &c. Elucet ergo, tempus & dies hic non usurpanda respectively, sed ad secula absolute; ita ut illa secula simpliciter sint novissima,

Osee 1. 4

Et mane illud ultimum, Quod præstolamur.

In fine mundi

17 Respectu status felicissimi Gratiae adventu Christi Hebrais promissi, etiam illa tempora dicuntur novissima: ibi enim hæsit, quin ultra progredi posset desiderium collinæ eternorum, scilicet, omnium ab Adamo Patriarcharum; quandoquidem certabant secula, ut possent videre decursu promissi temporis, in orbe à se condito, Filium Dei per carnem assumendum, filium hominis. Mich. 4. 1. Et erit: In novissimo dierum erit mons domus Domini preparatus in vertice montium, Isai. 2. 2. Et erit: In novissimis diebus. Hebr. Extremitate. Maluend. Postremitate dierum: qui subdit: Nimirum, Christi adventu & doctrinâ Evangelij, qua tandem revelatum est, & explicatum totum consilium Dei in Christo. Continere his versibus doctrinam seu vaticinium de Evangelicæ vocations & conversione Gentium ad Christum PP. omnes & Explanatores uno ore confirmant. Hieron.

Ezech. 38

Tempora Christi dicuntur & quæ Novissima tempora

Daniel, 12

Tempora Christi dicuntur & quæ Novissima tempora

Ambros.

Tempora Christi dicuntur & quæ Novissima tempora

Tempus scilicet gratiæ, & novi testamenti. Car autem tempus adventus Christi, & dies gratiæ dicantur dies novissimi; operæ prætium erit lecturo exponere; ut simul plura testimonio dilecturo Scripturæ.

18 Novissima tempora vocat Paulus, alloquens Hebræos. Non autem semel in consummatione seculorum, ad destinationem peccati, per hostiam suam apparuit; scilicet, Christus. Hoc enim tempus etiam Doctor Gentium signat fines seculorum. Obstant itaque Caietan. & Alapid. Videtur sanè difficile: equidem Assertor N. post passionem suam (in qua uti hostia ad destinationem peccati apparuit, & Paulus ut consummationem seculorum ostendit) ascendens in caelos affectis dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Quomodo usque in secula novissima, si iam consummata secula? In medio annorum seculi constitutum tempus gratiæ. Unde ergo huiusmodi beneficium in consummatione seculorum? Multa & ingeniosè dicta: placetque multis diviso seculorum facta ab Occumeno; quatenus totum seculorum tempus efformat seculum primum legis naturæ, medium legis scriptæ; ac novissimum legis gratiæ adventu Christi; in quo consummantur secula, quippe ultra non alia, ut diximus num. 6. Unde cum eius hostia auferretur peccatum, proprie vereque apparuit in consummatione seculorum: quapropter Christus dicitur

Deus creator omnium, Homo in fine temporum.

Et à Ioanne cit. loco: Novissima hora est. Brevi refutat cogitationem Ribera. Quid, inquit, status ac leges seculi; cum seculorum consummatione vel fine? Imò sententia negat quod adstruit. Si in status diversitatem successivè constant secula, quomodo (sunt consummata? Dum effluunt, non consummantur: neque enim permanere, simulque fine perire?

19 Genuinè diluit argumentum. Aprata sunt secula verbo Dei; quæ quidem ab illo sunt præfinita ab æterno ad redemptionem hominis, missi in orbem ad homines Filio. Sciebant homines mittendum, & optabant mitti: quapropter Iacob, Genes. 49. 10. ait: Donec veniat, qui mittendus est. Moysesque, Exod. 4. 13. Mitte, quem missurus es. Verum nesciebant quando; quippe non erat nostrum nosse tempora vel momenta, quæ Patre posuit in sua potestate. Tutum sacramentum deluit, quousque Filius Dei homo in terris apparuit, non quoad substantiam, secundum quam infallibiliter futurum; sed quoad tempus in quo feliciter perficiendum: quod urique iuxta Paulum, Rom. 16. à 25. claruit; Secundum revelationem mysterij temporibus æternis (pro longissimis) tacitè; quod nunc præfinitum est per scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei. Licet mysterium ab æterno decretum, & in tempore aliquibus promissum; tempus illius perfectionis omninò tacitum, occultum, secretum, usque nunc secundum præceptum æterni Dei, qui pridem habebat in mente, secretoque diviniarum consilio: modòque revelavit per Salvatoris adventum; quod patet per scripturas Prophetarum, non umbraticè sicut illis, sed in carne ac entitate hominis; quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo. Articulus totas exponitur in nostrum propositum à Leone Pap. serm. 2. de Christi nativitate, cap. 1. Deus enim (inquit) omnipotens & clemens (cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia est) statit ut nos diabolice malignitas veneno sue mortificavit invidia; prædestinata renovandis mortibus sua pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia præsignavit: Opus fuit secreti dispensatione consilij. Patet ergo decretum ab æterno de Filij incarnatione; sed tempus quo futura, omninò arcanum, quousque presentia Salvatoris manifestum.

20 Non ergo in principio peccati placuit medicamen adhiberi vulneri; cum iam clemens propendens in hominem, Numen medicinam preparasset, antequam actu transgressio præcepti fieret: In omnibus operibus suis quædam rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare consuevit, ut ait Bernard. Homil. 2. super Missus est, n. 13. Hinc non solum Incarnatio decreta, sed in tempore tempus, & momenta, sicut ad passionem temporis hora; ut diximus num. 7. Altruit Paulus Ephes. 3. à 9. Dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, ut innotescat secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu: equidem cuncta iuxta præfinitum tempus, & completa in tempore præfinito: quapropter Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant, redimeret. Nihil prorsum factum vel præmissa promissione, usque ad præfinitum tempus à Patre. Totum peractum consummato præfinito tempore. Ergo consummatio seculorum in qua Christus carne apparuit, & passione genus humanum redemit, haud accipienda absolute re-

Tom. III. Taut. Nana 3 493

Hieron.

Hebræos

1. Cor. 10

Math. 4

Hab. 3

Ambros.

Æternum

pro longissimis

ms.

Olis mysterium

incarnati

nationis re-

velatum;

sed quoad

occultum.

Leo Papa

Bernard.

A Dio in-

connotat

per-

fecta.

tempus in-

connotationis.

Galat. 4

Unde hora p[er]sonis Christi, novissima hora  
Ubi supr. 1. Ioann. 1. 7. Ephes. 1. 1. 2. Ubi supr.

Deus creator omnium, Homo in fine temporum.

Qua de causa cum plurima secula transissent, usque in tempus quo momenta finem in passione consummasset; per illud Patris infallibile predestinatum verbum, Christus est passus in ipsa consummatione seculorum.

21. Est seculorum consummatio, & consummatio seculi. Consummatio seculi est absolute totius temporis finis: consummatio seculorum, est finis signati temporis in temporis successione: eaque propter presens Christus summa potestate atque maiestate Ecclesie, usque in seculi exitum, & in temporis exitum; quippe iam passus in consummatione seculorum. Hæc consummata secula dicuntur à Paulo Tempora secularia. Sunt tempora utcumque quatenus mensura motus secundum prius & posterius, de quibus Philolophi in 4. Physicor. & nos fusi, Tom. 7. T. 10. à n. 2. Sunt Tempora aeterna; sed imaginariæ, quia non aeterna, si tempora. Concipimus nostro modo aternitatem quasi ibi aliquid ante vel post temporis; igitur ad durationem nil nisi tempus cognoscimus: qua phrasi usus est Paulus, ut vidimus, num. 19. Moyses Exod. 15. 18. dicit: In aeternum & ultra. Idem Mich. 4. 5. & 5. 2. Egressus eius ab initio, à diebus aternitatis. Eccli. 24. 14. Ab initio ante secula, Denique Petr. 2. Epist. 2. 8. In diem aternitatis. Stylo temporis aeterni utuntur etiam Profani, ut diximus hic Tautolog. 9. n. 35. Sunt etiam tempora secularia, idest, à mundi constitutione, quæ cum mundo fluxerunt, usque in adventum Christi. A principio temporum usque ad consummationem seculorum, in qua temporis plenitudo, ut persiceretur Verbi divini incarnatione, & hominis redemptio. Tempora secularia (inquit Riber. in loc. cit. ad Hebr. n. 118.) sunt que ante Christi adventum fuerunt: & iam tempora secularia transisse. Quia mysterium, quidem continebant; & emphaticè cum articulo signat Græcus: In consummatione illorum seculorum, sine præcedente relativo: quasi insignia in ipsa consummatione, propter plenitudinem temporis & plenitudinem gratiæ, constituta hominibus dari ante præfata mysteriosa tempora. Secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tempora secularia: & Tit. 1. 2. In spem vite aeternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora secularia. Iam ergo clarius Soie, quid vocet Paulus Consummationem seculorum; eequidem nihil aliud in medio temporum, seculorum consummatio; quam in adventum Christi temporis plenitudo. Venit Christus non in principio mundi; sed in perfectiōe seculorum, distintorum à divina providentia. Caietan. hic.

22. Ulterius processus, accepta seculorum consummatione pro Synagoga sine: igitur ad illam huiusmodi eloquia, & vaticinia sacra, revelato mysterio aternis temporibus tacito in Christi adventu, quod tunc patefactum per scripturas prophetarum, estò velamen proterve expansum super cor obæcaturum Hebræorum. In cruce dictum est hinc Sancta-Sanctorum omnibus manifesta. Venit lux & fugit umbra, imò evanuit; quia lux in tenebris luxit. Misit Deus Pater novissimè Filium suum. Matth. 21. 37. & ut pateret, omnia in figura contigisse illis in documentum nostrum; & clarui Christi morte, in quos fines seculorum devenerunt. Anventus gratiæ fuit evacuatio legis scriptæ, qua de causa propriè dicitur Consummatio seculorum Synagoga, ut vidimus ex Ofsee, 3. & simul hi dies & tempora tempora novissima: etenim licet seculis mundi absolute ampliora, respectu status legis fuerunt extrema; & Synagoga in morte Christi sepulta. Novissima sane uti dixerunt Propheta; igitur lex Evangelica Salvatoris N. Iesu-Christi, fuit finis, quoad sacerdotium & regnum. Ita prædictum iuxta interpretationem Targi Hierosolymitani ad illa verba Iacob. Ut annuncietur quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis;

1. Ioann. 19. 30. 1. Cor. 10. 11. Gen. 49. 1.

cuius sicce paraphrasis: Dabo vos finem reconditum, arcana & abscondita, & præmium quod manet iustus, per am item impiorum, atque felicitatem horri Eden, quam illa sit. Bona aeterna etiam filijs promisit, & quando ventura ostendit, à principio scilicet adventus Messie, atque in consummatione seculorum Synagoga Malend. loc. cit. Isai. In novissimum aeternum destinatum. Ipse Vates Evangelicus. 30. 8. Eris in die novissimo in testimonium usque in aeternum. Ierem. 2320. In novissimis diebus intelligitis consilium eius. Idem 30. 24. & Daniel. 8. 19. Ostendam tibi, quæ futura sunt in novissimo maledictionis, quam habet tempus finem sum. Quare & quando, 9. 26. Occlatur Christus, & non erit populus, qui eum negaturus est. Vide 10. 14.

23. Ex his liquet sententia Salvatoris curiosæ ac sciolæ Samaritanæ. Mulier (dixit) crede mihi, quis venit hora, quando nec in monte hoc, nec in Hierosolymis adorabitur Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est. (Adi hic Tautolog. 5. à num. 20.) Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Veniet hora & nunc est, quando Princeps huius mundi cum idolis, quæ superstitiose adoratis (adorando quod nescitis, vanitates scilicet & infans fatias) eijciatur foras. Veniet (eti salus ex Iudeis est) illis novissima hora; in qua tota lex evanescat sicut umbra. Si inquiris quando? Venit hora, & nunc est, principium legis Evangelicæ, qua Pater adoratur in spiritu & veritate, cum exitio sive sine Synagoga, quæ hucusque horuit splendore legis scriptæ. Nunc est, quia exordium doctrinæ de celo delapsi, universi Salvatoris, est in consummatione seculorum datæ legis. Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia. An quia ex gratia prima augmentum gratiæ? An gloriam, quæ similiter ex prima gratia? Nonnulli usantur pro pro super, quasi gratiam super gratiam, uti Eccli. 26. 19. Gratia super gratiam, multa sancta & pudorata: idest, gratia excelsiva, excellens gratia, gratiæ copia, gratiæ plenitudo, geminatio pro superlativo, ut sepe vidimus; q. d. gratiam abundantissimam, sive omnem gratiam idiotissimo Hebræo. Ex quibus gratiam gratiæ, Zachar. 4. 7. Superabundantem. 1. Tim. 1. 14. Eminentem. 2. Cor. 9. 14. Magnam. Act. 4. 33. Gratiam bonam. Prob. 22. 1. & Eccli. 32. 14. Haud hecine extra propositum, sed alia ex contextu rimor. Lex per Moysen, gratia per Christum: idest, gratia super gratiam. Gratia Evangelij super gratiam legis lateo-terum cum hoc discrimine, quoniam Christus plenus gratiæ & veritate. Veritatem habet comitem Salvatoris gratia, quippe gratia in lege Moysis dumtaxat umbra. Advenit lux Unigeniti à Patre in tenebricosum mundum; & umbra disparuit in illius consummatione seculorum, Paulinus in Obit. Celsi, à v. 345. appositè canit:

Pas erat, ut Iudæa, cui suus hostia Christus Non erat, per quam victima Christus erat; Sede loquoque summi veterum viruata sacrorum, Inficiata fidem perderet omne sacrum. Fines enim legis Christus, quia lege fideli Prædictus legi lex veneranda fuit. Iamque revelata facie speculamur apertum In Christo propriæ lucis honore Deum. Nam veluti rupto patuerunt sacra vela: Iamque revelatum corporis in facie.

Iam Pater non adoratur in spiritu & veritate nec in monte Garizim, nec urbe Ierusalem, eversis templo, civibus, urbe sacris. Sepulta Synagoga, Pater celestis in adorationem sollicitat pectora. Prudentius in Excubia. Epigram. 21. accinit ad unguem, propositi amassim.

Edificat templum sapientia per Salomon s Obsequium: Regina Austri grave congeris aurum. Tempus adest, quo templum hominis sub pectore Christus Edificet; quod gazæ colant, quod barbara ditent,

24. Venit hora, & nunc est. Eadem periodus fulminata ab ore Salvatoris, in accerrima disputatione cum obæcatis Iudæis. Ex invidia pugnabant miraculi singularis, prodeunte quasi ex adipè iniquitate virulenti cordis. Qualia veneno corda, qua stomachata ad miracula Tunc Assortor N. illos ita suaviter ac fortiter allocutus: Amen, amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint vivoent. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vite; qui vero mala egerunt in

Targi Hierosolymitani

Malend.

Ioann. 4. à 21. Exposit. 5.

Ibid. cap. 1. 15. 17. Pro pro Sa pti. Consummatio vocis re su perlativo.

Paulin.

Prudent.

Ioann. 5. à 25.

resurrectionem iudicij. De novissimo testimonio, fuse actum, Tom. præced. T. 2. à num. 16. Argumentum grave, ut astruitur num. 1. ex ipsis verbis occurrit: & quia mortui audient, & quia quod futurum, dicitur, nunc esse. *Venit hora, & nunc est.* Non implicat: igitur in prima sententia loquitur Dominus Iesus de resurrectione animarum ad gratiam: in secunda, de resurrectione corporum ad vitam. *Non dicitur* (ait Augul. 20. Civ. cap. 6.) *de secunda resurrectione (id est, corporum) loquitur, quæ in fine futura est; sed de prima, quæ nunc est.* Hanc quippe ut distingueret, ait: *Venit hora, & nunc est. Non autem corporum, sed animarum est: habent enim & anime mortem suam in impietate, atque peccatis; secundam quam mortem mortui sunt.* Diximus loc. cit. num. 6. Iustificatio est vita anime, quippe gratia est vita vite. Nunc ergo iccirco dicit, indicans quandam quorundam mortuorum resurrectionem, ante resurrectionem universalem. Hanc secundam, illam primam. Hanc iudicij, illam misericordie. *Resurgat ergo in prima, qui non vult in secunda resurrectione damnari. Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint vivent: id est, in damnationem non venient:* subdit ibid. Augulian.

25. Mirabantur ergo, quod eius vocem audirent, & illorum, mortui: cum mortui non audiant: dixitque illis: *Nolite mirari hoc; quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, auient vocem filij Dei.* In vitam gratie dicit, qui mortui; dumtaxat in vitam, qui in monumentis sunt: igitur qui mortui relurgunt audientes vocem quoad animam, in monumentis non erant. Asurgit enim Christus à resurrectione spiritali animarum ad vitam gratie ex peccato, ad universalem resurrectionem corporum è sepulchrorum dominio (quod Iudæis licet non esset, videbatur maius potestatis munus) ut Dei crederetur filius. In hac functione, dicit *Omnes*, sed non *Nunc*: in prima *Nunc*, & non *Omnes*; quia non omnes traditos; & suscitatur sine dubio in vitam mortuos. *Venit enim, ut vitam habeant, qui sub peccati iugo insensati vivebant: ut audientes vocem, in generali resurrectione (sardis nunc, patientibus flammam) vivere possint ad vitam.* Hinc primum *Venit* à nonnullis accipitur ut præteritum, atque *Nunc est ora*, pro præsentis; secundum autem *Venit*, pro futuro. Iuven. d. lib. 2. v. 659.

*Adveniet tempus, cum mortua corpora vocem accipient nostram, & vitam cum voce tenebunt.*  
Caietan. hic: *Venit pro Venit. Declarato modo, quo filius vivificat animas; consequenter declarat modum, quo resuscitat mortuos corpore: utrumque enim proposuerat. Quid quod in vitam surgant corpora, dum vivificatur vita? Hoc nunc est, illud erit. Nunc, animam transeunte per gratiam de morte ad vitam, ut subdit idem Vates, v. 665.*  
*Nec vobis mirum videatur, corpora cuncta Vos ad auditum proprijs exurgere bustis.*

Iuven. 26. Quantum anguror, de Hora accipit potest *Venit, & Venit*, sumpta proprie hominis resurrectione: metaphorica sane quæ tantum animæ, ut dicimus loc. cit. Tom. 7. n. 6. Quare utramque periodum, de corporum resurrectione intelligat Theophylact. Brungen. Maldonat. & Caietan. diciturque & meditato *Et nunc, in tempore hoc hora venit*, quia Lazarum, filium Archifsynagogi, filiumque viduæ à morte coram illorum oculis suscitavit. Viderunt, & mirabantur tanquam summam potentiam, potentiam in mortem; sed ampliore indicat potestatem, dicens: *Nolite mirari hoc* quandoquidem sicut hi tres, vocem meam audient omnes qui in monumentis sunt. *Venit hæc hora, & nunc est veniet, quippe futurum: & nunc est, quia potestas resuscitæ præsentis vitalitatis, speciem patet futuræ resurrectionis. Nolite mirari, quod factum nunc: mirabilius utique futurum est, quando mea voce per concessam à Patre potentiam, & hi & omnes revocandi sunt in vitam. Optimè cuncta coherent, verum videtur intelligibile Mortui audient, & Qui audierint, cum ad generalem corporum resurrectionem omnes audient, quamvis laceant in sepulchris, cadaverum monumentis. Unde & quorsum conditio, Qui audierint; quæm vocem audituri, ut dixi, velint nolint? Dicam quæ cogito in huiusmodi contradictionum anfractu. Propositum erat, ut constaret ex contextu, & observat Caietan. ut vidimus nunc, antec. ex ponere resurrectionem animarum & corporum. Animarum, in transitu de morte ad vitam: v. 24. Corporum, *Omnes qui in monumentis sunt, audient*: v. 28. Verum in his sententijs est discernim audientis, & ad resurrectionem corporum differentia qualitatis animarum. In resurrectione universali omnes profecto audient; sed huiusmodi audientis*

mi-

Augulian.

Gratia est vita vite.

Idem.

Idem.

Exposit. 6.

Quid vivificatio anime cum corporis resurrectione?

Cuius temporis sit Venit?

Iuven.

Caietan.

Iuven.

Præferri potest futuro.

Expositio 7.

Cuius resurrectionis, quæ non ad gloriam, non dicitur resurrectionis?

minimè astruit quod audierint. Audient, qui audierunt, & non audierunt: igitur qui audierunt procedunt in resurrectionem vitam; & qui non audierunt in resurrectionem iudicij. Resurrectio ad iudicium seu tantum ad vitam, non dicitur resurrectio: *Idè non resurgunt impij in iudicio: ut fuse diximus loc. cit. Tom. 7. T. 2. n. 16.* Propria resurrectio hominis in vitam, est assumptio animæ in gloriam, ex qua dotes corporis, in æternæ possessione beatitudinis. Hæc est vera vita & resurrectio, dimanans ex auditu voluntario: dicitur Salvator quod sine dubio vivent, qui eius in vita audientes audierint vocem; quoniam in resurrectione corporum, auditus tantum in vitam (quin fuerit in vita auditus pro consequenda gloria) ad vitam non est vita, sed vehementissima pena. Non est gaudium (quia non audierunt) audire de damnatione iudicium;

Iuven. d. v. 668. Quapropter sensus est in complicatione auctoritatis: *Venit hora, & nunc est. Venit hora, quando mortui audient, & nunc est, ut audientes audire in futurum possint: erentium audient iuxta placitum sententiam; qui audientes animam posuerunt ad vitam. Venit hora, sed nunc non est; quoniam audientes non audiant, nec in futurum ad gloriam audire possunt: quandoquidem tamen audientes in corporum vitam audiant; tantum audituri ut pereant. Mors vitalis, dum trahitur vita gemitibus. Dicit Ethnicus, lib. 6. Epigram. 70. Non est vita, ni*

*Aut languor gravis, aut mali dolores A vita meliore separantur. Non est vivere, sed valere vita.*  
27. *Venit hora, & nunc est*, dicitur utroque textu. *Nunc* aliquando usurpatur pro *Sero*, ut illud Petri, discedente Angelo, Act. 1. 11. *Nunc scio verè* (id est, sero scio) quia misit Dominus Angelum suum, &c. Terent. in Eunuch. Act. 1. scen. 1. v. 25.

— *O indignum facinus! Nunc ego Et illam scelestam esse, & me miserum sentio.*  
Donat. hic: *Nunc, id est, Sero.* Virgil. 8. Elog. 43. *Nunc scio, quis sit amor.* Ex Theocrit. ad verbum, Edyl. 3. v. 14. & 4. *Aneid.* v. 376.

*Hæc furis incensa feror. Nunc augur Apollo, Nunc Lyæia fortes, nunc & Iove missus ab ipso Intepres Divam fert horrida iussa per auras.*  
Non ita in his testimonijs & in alijs accipiendum est *Nunc*, quasi *Sero*; sed e contra pro *Brevi*, vel *Continuo*, quod per *iam* expressit Salvator discipulis, in qua nocte tradebatur: *Eccc venit hora & iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me sciam relinquantis.* Perfic. *Venit hora, & hæc hora etiam est.* Distinctio temporis absoluti atque temporis momenti, de quo numer. 7. quia tunc erat hora, ideoque addit: *Eccc, demonstrative: Eccc venit hora, & iam adest: ista in foribus sunt.* Chrysol. *Venit hora, imò præsens adest.* Saa. *Iam venit: igitur in hac noctis hora, vestra iactabunda fides patebit fugâ.*

28. Stylus hinc expendendus iuxta dicta à principio operis. Diximus sæpe geminationem cuiuscumque generis explicare intensionem animi, vel vehementiam propositi, vel extensionem, aut magnitudinem entitatis, cumulum aut excessum magnitudinis, vel sententiæ certitudinem, vel certitudinis firmitatem, actionis continuationem, artis extremam summitatem, amoris & odij culmen, & cætera id genus, quibus confici solet ad speciem materialis pleonasmus. In præsentiarum ergo insinuatur celeritas; & in bono aut malo temporis in continuatione inopina velocitas; quod alijs terminis promittit per adverbium *Hodie*, pro temporis brevitate sed valde pernicie. Tacitus in Orator. cap. 16. *Spacium* (ait) *temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas; fortasse longum videatur: si ad naturam sæculorum, & respectum huius immensi ævi; perquam breve, & in proximo est.* Propertius lib. 3. Elég. 23. v. 15. *Venias hodie (brevis) cessabimus una.* Virgil. 2. *Aneid.* v. 670. *Numquam bodie omnes moriemur in ulsi.* Fax accenditur in illud. 3. Reg. 14. 14. *Constituit Dominus sibi Regem super Ierusalem, qui percutiat domum Ierobam in hac die & in hoc tempore.* Id est, non multo post. Non eo die percussus est impius Rex, sed non diu post. Eodem sensu Zachar. 9. 12. *Hodie* (pro brevi) quoque annuncians duplicia reddam tibi. Non in illo die, sed quod citò aut proxime fiet: ait Ribet. hic. q. d. ut Terent. in Andr. Act. 1. scen. 1. v. 120. *Instat factum.* Sicut Cras pro Postè, Exod. 13. 14. 4. Reg. 6. 28. *Pro. 27. 1. Matth. 6. 34. & Iacob. 4. 14.* Etiam apud Horat. lib. 3. Od. 17. v. 13. *Cras genium curabis.* Ita enim dicitur: *Nunc Nemesis à sergo apud Chartar. in Fortun.*

Psalm. 142.

Iuven.

Matth. 13. 32.

Martial.

Acceptio adverbij Nunc. Terent.

Pro Sero.

Virgil.

Pro Brevi, & iam. Iohanne 14. 32.

In sacris quoniam præcipua geminationis niti.

Hodie pro brevi tempore. Tacit.

3. Reg. 14. 14.

Pro non multo post. Ribet. Cras pro post. Exp.

Imagin. pag. 307. Idelt, statim continuo exigui temporis distantia, five brevis; verum non tunc stricim, uti Nusc sonat. Virgil. 4. Eclog. v. 48. Aderit iam tempus.

29. Haccine genuina expositione, quæ valde roborabitur infra, lucem accipit difficile testimonium, in quod gravissimum argumentum, cuius enodationem promissit, Tom. 3. T. 17. p. 28. Post buccellam datam à Christo proditori in cœna communi (Legali factâ, Eucharistica futura) de perfido ac perduellione Iscarioræ, dixit Ioannes: Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuè. Pende: Si statim exiit, haudquaquam potuit adesse pedum lotioni, & institutioni Eucharistiæ; que quidem functiones peractæ, postquam buccellam sumpfit in cœna communi. Alitiffie & simul communicasse asserunt communiter PP. tam Græci, quam Latini: Chrysolom. Orat. 1. & 2. de Proditor. Iuda, Cyrill. Ierosolym. Cathedra. mystag. 13. Alexandrin. in Ioann. cap. 11. lib. 11. Angult. in eund. Tract. 16. & 27. & alios plures, quos signat & illorum hæret veltigijs Suarius Tom. 3. in 3. p. D. Thom. quæst. 78. art. 5. disput. 4. scã. 7. & DD. Scholasticis ibid. & quæst. 81. art. 2. simulque in 4. distinct. 11. q. 3. art. 2. Præ cunctis nodum solvit Baronius. Quod dicit Ioannes (ait Ann. Christ. 34. n. 63.) acceptâ bucellâ exisse; id quidem non ita accipiendum putamus, ut tunc temporis statim, & nullâ mora interpositâ, abierit: sed quod velut fur ore quodam percitus, non expectaverit prolucam illam mirificam, post cenam habitam à Domino orationem. Accipiendum ergo est Tò Continuo pro Paulo post, Non multo post, Mox, Post modicum. Apud Latinos, Nusc iam: quod phrasis trita apud Plantum, Mosstell. Act. 2. scen. 2. v. 7. Pseudol. 2. 5. v. 15. Menæch. 3. 3. v. 5. & in Prolog. Afinar. v. 24. sicut in Persa, Act. 3. scen. 1. v. 57. Nunc homines & in Truulenti. 1. 1. v. 3. Nunc Dea. Hoc est, brevi Dea: Mox homines. Hispanicè: Abora, luego. Elucet fræ violentia expositione: tunc quia ex Luca, 22. 21. constat, Iudam assulisse Eucharistiæ institutioni; tunc quæ post illius exitum, ut traderet morti Dominum, propter illam, remantibus cæteris dixit: Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: & Deus clarificabit eum in semetipso: & Continuo clarificabit eum. Tò Continuo, haud statim intelligendum, sed brevi, post triduum, dum gloriosè exaltavit illum per immortalitatem, & dando illi nomen, quod est super omne nomen.

30. Ratio huius expositionis præter Idiotismum, est; quoniam ex nû Scripturæ, quod brevi, vel non diu post futurum est, & iudicatur & dicitur præfens; patet ex dictis num. 28. Iccirò Christus pridè quàm pateretur dixit discipulis: Ego vici mundum. Ioann. 16. 33. & 17. 4. Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam. Ibid. v. 21. Et iam non sum in mundo; quia brevi transitorus ad Patrem, ut Paulus. 2. Tim. 4. 7. Cursum consummavi, igitur propè finis, & exitus è vinculis mortalitatis. Ita ergo factum dicitur, quod non diu futurum. Apocal. 6. 2. Exiit vincens ut vinceret. Cantic. 6. 8. Viderunt eam filia Sion. Sancti hinc, num. 28. Videbunt. Astruant vitam, brevi videndam. Non iam acclivis Tautologiarum præfatarum expositio: igitur Nunc est in hora quæ veni dicitur, quia brevè veniet. Ecce venit hora, & iam venit, quia statim, post brevissimum tempus, futura, præfens, & ad propòsita existens; geminatione indicante celeritatem adventus, ac brevitate temporis accelerationem cursus. Marc. 13. 29. Sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in œstis. Matth. 24. 33. Quia propè est in hancis: quasi ad limina domus. Genes. 4. 7. Statim in foribus: quia metaphora, quia iuxta vindex, Apocal. 3. 20. Ecce sfo ad ostium. & pulso. Sapient. 6. 15. Ascendentem foribus. Denique, Cantic. 2. 9. En ipse sicut post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Non focus dum ventura hora uti præfens signatur, quia brevi ventura. Caietan. Quia imminet hanc Theophylact. Instat tempus.

31. Obijcitur, ni fallor, in geminatione firmitas ac certitudo sententiæ. Deuter. 32. 2. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Haud irritè minâ profectò venient. Quæ procedunt de ore meo, non faciam irrita; venient & evenerint salminata: festinantque tempora, ut adint quæ omninò ventura. Iai. 5. 19. Festinet, & citò veniat. Quod Exergassa in infallibilitate animi & propòsiti (ut illud Ezechielis, 7. Hec dicit Dominus Deus: Affictio unânideit, summa, extrema, utrà quam nullâ affictio ece venit: finis venit, venit finis, venit contritiò super te, venit tempus, propè est dies occisionis; nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo favorem meum) exponitur ut iudicium; per adverbium etiam eius celeritas præ se fertur in tormentum. Apocal. 22. 7. Ecce venio velociter. v. 12. Ecce venio citò. Terent. Adelp. Act. 3. scen. 2. v. 9. Partus instat propè. Homer. 18. Iliad. v. 217. Propè adeit mori. Et Euripid. in Alcest. v. 671. Si enim propè, veniat mors. Interdum duo eiusdem significationis connectuntur adverbia, vel verba vel

Ioann. 15. 30. An Iscariorum ad Eucharistiæ institutionem præfens

Baron., Continuo pro Mox.

Ioann. 15. 31.

Expofit. 10

Dicitur factam, quod brevè faciendum.

Sicut.

Caietan & Theophyl.

Deuter. 32. 4.

Exergassa.

Ezech. 7. 4.

Unum pro geminatione pro adverbio, & duo adverbia pro sententiæ Tautologia.

nomina; tuncque sumuntur pro superlativo; ut testimonijs claret præfatis. Iai. 10. 25. Adhuc enim paululum, modicumque & consummabitur indignatio. & furor: hoc est, citissime. Cicero. 6. ad Alibi. Epist. 5. Ecce tyrannus existet, sed hac propediem coram. Homer. 19. Iliad. v. 149. Nunc statim (nempe, velocissime) statim valde. Plaut. Cistellar. Act. 5. v. 8. Intus prodeat propè ocylus. Et Senec. Epist. 110. Propè est omnium rerum terminus: propè est scilicet, valde brevi, magno perè proximum, quippe velocissimum tempus. Irrecipabile est. Volat fuma dies, ac in diervm summam. Ita ergo clarè per Epexegesim dilucidatur, festinantibus temporibus, Iuxta est dies perditionis. Anti-Christus venit, & etiam in mundo est. Venit hora & nunc est. Ecce venit hora & iam venit: quippe brevissimè veniet. Nunc signatur, quod futurum proximè. Vividè Apuleius, 2. Apolog. propè finè. Faxò, imò statim; imò verò, iam nunc. Vincent. Ferrerius Epist. ad Benedict. XIII. apud Malucnd. 2. de Anti-Christi. cap. 30. inquit: Tempus Anti-Christi, & finis mundi erunt: citò, & benè citò, ac valde breviter.

32. Etiam per Epiceuxim interpretari possumus Pleonasmosiquidem huius schematis usus (in iteratio sententiæ mentem icit) ut proposum aliqnd sedeat animo audientis. Iai. 28. 13. Modicum ibi, modicum ibi. hoc est, brevissimum. Sophon. 3. 5. Mane, mane iudicium sum dabit in lucem. Ubi Proverb. 21. 21. Manus in manu, &c. Rab. Immanuel, Vatabl. Pagn. Iudicium Clarius, Caietan, & Saa: iam iam, illidè confestim, statim statim, Opoidè è vestigijs, statim iam, ut primum quam primum. Malucnd. Mox mox, subito, citò, illic, statim quam primum, nunc nunc. Nollrates: Est à mano, delante de los ojos. Euripid. Ippigen. Tauric. v. 402. Venerunt, venerunt. In Helen. v. 195. Venit, venit. Et Seneca, 3. de Ira, cap. 42. Dies propiusque ac propius accedit. His geminationibus, sicut in notis Tautologijs, & rei & modi obijcitur certitudo; igitur velocis accedens, quàm præfamis cogitatio. In propòsitam Habacucus 2. à 2. Scribe visum, & explana super tabulas, ut percurras qui legerit eum. Quia adhuc visus procul, & (pro Sed) apparebit in finem, & non mœnietur: si moram fecerit, expecta illum; quia veniens veniet & non tardabit. Idem Paulus & paliogià adverbiorum, H. br. 10. 37. Adhuc enim modicum, aliquantulumque qui venturus est veniet & non tardabit. Hoc est, etiã sentim, velocissimè veniet; ita ut nunc hora futura sit, quæ quia nunc, minimè futura est.

33. Hac figura, quæ dicitur Bebzois igitur assi matatur celeritas cum negatione positivi contrarij uti, Veniet & non tardabit: exponitur illud Iai. Propè est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Citò scilicet apparebit: igitur non solum veniet, sed veniet in proximo, quasi exemplo. Veniet adventus hora, quæ nunc est; quia propè, à brevi. Veniet imò veni statim, quoniam confestim perveniet. Sitylla Delpica apud Canthium, Tom. 2. lib. 2. cap. 7. accinit:

Non tarde venies: tacità sed mente tenendum. Hoc opus: hoc memori semper qui corde, repones.

Greg. Magn. in Evangel. Homil. 17. Veniet, veniet profectò, nec longè est. Summa sicine velocitæ adventus indicatur. Unde Malucnda, 9. de Anti-Christi. c. 6. Statim, sine ullâ mora. Sicut morulâ demonstratur Bebzois (ut illud Homeri, 10. Iliad. v. 113. Longissimè, neque valde propè. Plaut. in Epidie. Act. 2. scen. 2. v. 87. Cràs hic aderit, bodie non venit) non secus velocitæ & pernitæ cursus. Euripid. in Phœniss. v. 913. Ille non procul abest, propè verò stat. Sophocel. in Oedip. in Colon. v. 408. Huius gratià venturam brevi, & non longo tempore. Hellenismus titus apud Homerum: 1. Iliad. v. 416. Paululum, neque multum diu. Idem, 2. Odysse. v. 473; ibid. 18. v. 145. & 19. v. 301. iam propè valde, non amplius longè. Denique 23. Iliad. v. 378. Non procul erant, sed valde propè. Virgilius secutus est signum slylum, 11. Eneid. v. 712. succineus: Advolat ipse haud morâ. Constat itaque festinatõ cum affirmatione cursus vel volatus successivi, atque exultationis negationis æquivalente per huiusmodi tropum sententiâ duplici affirmationi, asserita in præfentii futurorum certitudine. Quapropter non elongari, sed esse propè; perindè sanè, ac venis tempus, venit hora & nunc est.

34. Nonnulli testimonio accipiunt de novissimo die, seu de iudicio univervali, sensu quo à Ioanne, ut vidimus, quæ futura, dicitur novissima hora: igitur propè est, quod festinat, & veniet si veniet, uti dicit Plaut. in Cistellar. Act. 1. scen. 2. v. 77. De egyptioli orbis univervo ventura, loquitur Senec. de Consolat. ad Marciam, cap. 26. Omnia (ait) sternent, abducentque secum, nec hominibus solum sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus Iuda: commercio gentium rupto, societatem generis humani cœsusque dissolviet: quicquid habitaret, obducet, necabitque omne animal, orbè subverso, & ignibus vastis torrebit in.

Pro superlativo. Expositio. Epexegesis. Apuleius. Viacens. Ferr.

Epixegesis. Expositio. Malucnda. Paliogià.

Et pro Sed.

Iai. 14. 28. Bebzois.

Sitylla.

Gregos Mag.

Expositio.

Ubi supra. Expositio. Senec. Ecypsioli univervali orbis ab univervi citò.

endetque mortalia. Etiam Epigram. 7.

Quid tam parva loquor? Moles pulcherrima caeli  
Ardebit flammis tota repente suis.

Idem.

Fallit Plato in Timaeo, alitruens mundum esse aeternum, sicut Aristoteles, 1. de celo. Mandus (inquit) dissolvi non potest, nisi ab eo qui sit Architectus: sed eius bonitari consentaneum esse, ut sit aeternus. Bene cogitat de Numinis bonitate, sed perperam, de hominum malitiosa operatione. Ignis Arces attingit igneas. Horat. 5. Od. 3. v. 10. & Propert. lib. 3. Eleg. 5. v. 31.

Plato.

Propert.

Sit ventura dies, mundi quae subruat arces.  
Iudicabitur utique saeculum per ignem, ut maculata ab homine recipiant cuncta purificationem. Albinovan. Ad Iovinam. v. 361.

Albinov.

Ecce necem intentam caelo, terraque fretoque,  
Casurum triplex patinatur opus.  
Describit articulum Plin. lib. 2. cap. 106. fusc Sence. in Herculi. Octavo, à v. 1100. & Caesar Germanicus in Phoen. Arat. num. 38. accinit:

Caesar Germ.

Heu quantis terras cum Iupiter ignibus omnes  
Obruat, aut glomerata cadet quam densa per astra  
Immitis grando caelo! quam saepe sonabit  
Cum spatium atigerit tendentis singulae ignis,  
Et caeli terret sonitus mortalia corda!

Videsis plura, & omnigena eruditione foeta, Sibyllinaque oracula apud Nicol. Nancelium; lib. 13. Analog. Micr. ad Macrocosm. Problem. 15. & quae à nobis dicta, Tom. 1. T. 1. num. 20. 5. T. 7. n. 19. 6. T. 1. n. 16. & 10. n. 32.

Ierem. 18.

7. Repente alii  
quid fieri dicuntur, quod fieri non cogitatur.  
Luc. 21. 34

35 Haec enim haud ignota Ethnicis: quid Christicolis? Praedixerunt sacri Vates, praedixit Salvator & praevia signa, Matth. 24. à 4. Marc. 13. à 14. & Luc. 21. à 9. Si haec in tam nota, quomodo clades orbis dicitur inopina? Repente loquar adversus gentem, & adversus regnum; ut eradicem & destruum & disperdam illud: dicit per Ieremiam. Sicut fur in nocte, ita venit dies Domini. 1. Thesal. 5. 2. Petr. 3. 10. & Apocal. 16. 15. Repente ergo aliquid fieri dicitur, cum fieri non cogitatur. Haud pendet à tempore, sed à cogitatione: dieque subito iudicij homini supervenit; quippe licet venturam cognoverit, venientem non cogitabit. Perspicuo inquit Dominus, Luc. cit. v. 34. Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra crapula & ebrietate & curis huius vitae; & superveniat in vos repentina dies illa. Haud erit improvisa respectu temporis, sed quia advenire non putatis: Veniet dominus servi in die qua non sperat, & hora qua ignorat. Matth. 24. 50. Diem & horam ignorat, quia non sperat: & repentinè tradus refert speciem, quicquid vel cognitum accidit extra cogitationem. Uti in diebus Noe fuit diluvium universi, ita erit in iudicium advenus Christi: v. 37. venit & repente in te praecognita excidium, cum illi cogitarent stolidi dumtaxat gaudia nuptiarum. Sicut fulgur apparet, ita veniet; quippe tantum venisse cognoscitur, dum apparet. Non veniet Sol instar Solis, cuius adventus cognoscitur praevij radijs; sed instat fulguris: etenim videtur repente, non expectatur; & venisse cogitatur, cum videtur. Haud subito cordium esset commotio, & conscientiarum ex cordolio percussio; si hora ventura cogitaretur venisse, & etiam in iudicium iudicaretur, nunc esse.

Matth. 24.

27. Cur Christi  
adventus non  
instat Solis,  
sed fulguris

36 Venit hora & nunc est. Semper urget praesens hora, hora futura. Non urget, accepto Venit hora pro praeterito. Cogitationem exponam. Spes humani generis erat Christus; quapropter dicitur, à cunctis desideratus. Imò ipsum desiderium & votum, tamquam expectatio Gentium. Premebat transgressio prima, ex qua tota natura lethali ter faucia; quae, proh nefas! passura vulnus, donec veniret desideratus Gentibus. Venit, quando carnem sumpsit; sed non dicitur venisse, quousque adventus eius profuit. Profuit illuminando, docendo. Illuminando mentem in cognitionem veri Numinis: docendo viam in gaudium aeternae felicitatis. Quousque in conversionem & salutem per praedicationem apparuit, veniens quasi non venisset. Diximus Tom. 1. T. 1. D. 1. Ut veniret, in Incarnatione venit hora; sed hora non fuit: nunc est: quandoquidem per annunciationem Evangelij, testamenti novi; cunctis venit fidelibus tempus gratiae. Mulier crede mihi: venit hora, sed nunc est. Sperastis in Domino in saeculis aeternis, temporibus usque ad salutem longissimis. Venit salutis hora; creterum non, quando venit. Tunc regnum caelorum appropinquavit: nunc venit. Nunc: igitur per multiplicem collatam gentibus gratiam; adventus medici pervenisse de caelo, constabit horam. Nunc est ergo tem-

Quod non  
prodest, dicitur  
non esse.

Expositio  
35.

tempus in utilitatem, quamvis pridem medicus iam venerat in salutem. Venit hora in salutem, sed nunc est, quia salus confertur nunc.

37 Nescio, an ex conditionis temporis constitutione, possit delicari aliter difficultas pleonasmii. Prope prope est quicquid festinatur: dicit Euripid. in Supplic. v. 761. Ita ergo elucebit, quomodo praesens hora, hora temporis ventura. Aeternitas est duratio sine fine & principio; sed mensurabilis distantia temporis, cuius constantia inconstantia, consistentia in transitu successione velocissima. Praesens tempus brevissimum est; adeo quidem ut quibusdam nullam videatur. In cursu enim semper est: fluit & praecipitatur, ante desinit esse, quam venit: nec magis moram patitur, quam mundus aut sidera; quorum irrequieta semper agitatio nunquam in eodem vestigio manet. Ita Seneca, de Brevit. vitae, cap. 10. Quotidie qui moritur intelligit. In hoc fallimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeterijt: quicquid aetatis retrò transiit, mors tenet. Quid est enim novi, hominem mori; cuius tota vita nihil aliud, quam ad mortem iter est? Impeadio vitae vita instruitur, atque iactura constatur: viventeque iucunde amittit praesentia, dum appetit ulteriora: perdit hodiernum, si indeperit crastinum; miserissimeque vivit, quia ex quo perit.

Euripid.

Seneca.

Temperij  
constitutio,  
tota desinit.

Optima quaque dies miseris mortalibus avi  
Prima fugit.

Virgil.

Ait Virgil. 3. Georg. v. 86. de quo Erasmus. Chil. 3. Centur. 9. n. 43. Non venit, sed fugit; hinc miteria, etenim vivitur, si vivitur vitae fugà. Quotidie morimur (subdit Socraticus, Epist. 24.) quotidie enim demitur aliqua pars vitae: & tunc quoque cum crescimus, vita deoefcit. Sic ultima hora, qua esse desuimus, non sola mortem facit, sed sola confirmat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus. Hanc quam tememus mortem, extremam esse, non solum. Sophoc. Oedip. in Colon. v. 1177. Fietem ultimum ait: quasi in vita finis ante finem; dum tempus veniendo praeterit; Homer. 4. Odys. v. 685. Ultimo postremo: igitur in tempore fugiente est postremum, quo sit ultimum. Singuli tantum dies (inquit Seneca, de Brevit. vitae, cap. 10.) & hi per momenta praesentes.

Seneca

Idem.

38 Sic ergo futuri instantia temporis explicatur, quia instat, & tempus tempus impellit. Ideo dicitur Venit, quippe venturum; sicut aqua superior veniens inferiorum urget, quoniam dilabentem, ut citius fugiat impellit. Nil satis est moriturus, tunc morientibus (subdit Seneca, Epist. 120.) quotidie enim propius ab ultimo flammis, & illud unum nobis cadendum est; hora nos omnis impellit. Vide in quanta caecitate mens nostra sit. Hac quod futurum, cura maxime fit, & pars eius magna iam facta est. Ad mortem die extremus pervenit: accedit omnis. Vel à caeco videtur: finis à nativitate praefigitur: igitur vita, motu quo magis appropinquat, in tempore minus restat. Unde cum eius una pars sit praeterita, alia ventura; instans (quod nunc) instans est: quod hanc veniet, dum praesens illud temporis momentum; quippequam initiative futurum. Futurum, & nunc est; igitur profecto veniet, ubi venit nunc. Hoc in sensu exponimus, Venit hora, & nunc est: non solum, quia iam nunc elapsum, quod signabatur futurum; sed quia in nunc impellitur, quicquid signatur: favent Versiones. Theophylact. Venit hora, & instat tempus. Maldonat. Venit hora iam, venit & nunc est, adventat, appropinquat. Lucas Brugens. Venit, praesens est, adventat, in propinquo est, brevis nobis aderit, Aethiopi. Venit hora, & est modo. Stylo utuntur vel profini. Plutarch. de Diction. EI, inquit: Reditentis trepidamus mortem, toties iam mortui & morientes. Instat, praesens est, nunc. Sophoc. in Trachin. v. 1291. Futura haec nunc instantia. Statius, 1. Achil. v. 256. Tempora propinquant, extremis adnota. Ovid. 3. Trist. Eleg. 7. v. 38. Senectus scriptum passu non faciente venit: & 3. de Pont. Eleg. 3. v. 85. Neve moram timeas, tempus quod quaerimus, instat. In sacris obvia attestantia testimonia. Pro tautologica praesentia sententia, Iuvenius lib. 2. à v. 286. accinit:

Idem.

Præsentis diei  
tunc quod instat  
in praesentiam.

Expositio ultimas

Plutarchus

Sed nunc certa salu: Iudaeis surgit ab oris  
Et nunc instantis cursus iam temporis urget.

Iuvenius

39 Haec de littera praesentis textus & aliarum Tautologiarum. Ergo ne ab ordine desiciamus (semper enim nobis studium ordinis) versiones, quae licet sparsae in Expositione litterae, seorsim demonstranda. Venit hora, & nunc est. Aethiopic. Venit hora, & est modo. Syr. Certò venit. Persic. Venit hora, & haec hora etiam est. Chrystostom. Ecce venit hora, & iam adest: ista in foribus sunt. Saa: Venit hora, tunc praesens adest. Theophyl. Venit, & instat tempus. Caictan. Veniet, & nunc est: imminet tunc. Brugens. Venit, praesens est, adventat, in propinquo est, brevis nobis aderit. Maldonat. Venit hora Tom. III. Inst.

Versiones



iam: Venit, & nunc est, advenat, appropinquat. Modò in mores harum Versioſum exponenda doctrina; ut virtutibus vigiles ſimus, horâ præventâ, cum venerit hora.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilof. Excuf.

- 1. Venit hora, & nunc est. Virtus in cœlis ad plauſum gloriſicatur, atque corona iuxta merita conceditur: cæterùm necdùm omnibus expreſſa, quippequam non venit hora. Ioanni meritis hora venit, & nunc est: etenim nunc, uti ſummè mirabiles, exponuntur fidelibus canonizate virtutes.
2. Venit hora, & nunc est, qua Ioannis gemina reſulgeat crux; dum exultat in dolore, doleſque ſimul in felicitate: igitur cum de virtute in virtutem iret, ut ulterius fauſte aſcenderet; in maiorem virtutis elevationem, ſuperimpoſuit cruci grandioreſ crucem.
3. Venit hora, & nunc est. Formula animi tyraſni & ſuperbi; dignitatis inſolenti poſtulate. Explicatur arrogantiæ electione nudum cori quia venit hora, & nunc est: igitur poſt fortunam electionis, tota ſtolidi inſolentia in abuſum poſteſtatis.
4. Venit hora, & nunc est. Venit hora, &

nunc est. Venit, quod venit? Implicationem ſonat. Non eſt, ut tempore præſentia fiat: etenim ſi hora nunc expetitur, & tunc ſtetit; ut compungatur cor, hora venit, & nunc eſt: hora nunc, quippe ad deploranda penitentiæ criminâ; priuſquam advenit hora.
5. Venit hora, & nunc eſt. Per effectum auſtuli Sacramenti, videtur in carniſpicio, horam veniſſe, & nunc eſſe. Illi quem illecebris mundus ſedaxit, quaſi hora non adveniſſet. Cui amoris adhaeret vis, hora venit, & nunc eſt: igitur præſentia ſacræ inter mundi deliciâ, Euchariſtiæ; & netillente affectum, evaneſcunt illecebræ.
6. Venit hora, & nunc eſt. Nunc moris ſeſſicia tempora; ne ſit ſenſibilis; cum venerit hora. Antequam veniat, debet venire cogitationi, ne ægre feratur venire: etiam inimica cogitata; ſi nunc, quæ ventura, venit, recipitur uti amica.

DIDASCALIA PRIMA.

Quam mirifica excellentia virtutum Ioannis à Cruce!

1. Huius ſingularis perfectionis cordi mancipato obſequio (quoniam non ſolum ex illa conciliatur cultus, ſed admiratio) ubi adſcripta noſteſcit in præſens albo Sanctorum, ſupervenit ad votum gaudium & plenum: igitur noſtri prorsùm plenitudo gaudij pectoris, dum Ioannis canonizata nitet in Eccleſia plenitudo perfectionis. Virtus omnibus patet. Hoc virtutis eſt: inquit Seneca, 3. Benef. cap. 18. Siccine modò perfectionis Ioannis plauſus; quoniam Eccleſiæ præconijs, eius virtus patet omnibus. Major & uilior, factò coniuncta potenti. Nihil latens virtus: quid enim ſummeſſa tenebris, Proderit: Longis illuc ambagibus itur. Diſce orbis, Virtus in cœlis ad plauſum gloriſicatur, atque corona iuxta merita conceditur: cæterùm necdùm omnibus expreſſa, quippequam non venit hora: Ioannis meritis hora venit, & nunc eſt: etenim nunc uti ſummè mirabiles, exponuntur fidelibus canonizate virtutes. Nunc reſultat corona aureâ, & expreſſa

Senec.

Plauſus eius caſo n. c. i. o. n. i.

Claudii. 4. Conſul. Honor. à v. 2. 2. 1.

Ioann. 4. 23.

ſigno ſanctitatis, gloriæ & honoris: igitur qui in cœlis meritis ſingularibus fulget, etiam in terris glorioſus apparet.
Immeſſa gloriſcit gloria, Res, fama, laus, felicitas.
2. Sanè meritis perilluſtris corona: verùm cognofcenda merita. Ioannes à Cruce, deſignatur nota nominis. Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis, ut à cœlo cognofceretur ex nomine, notâ ſingulari gratiæ: cuius inſigne & pondus crucis, & pondus amoris. Ioannes à Cruce. Crux ſigum mortificationis eſt. Ioannes gratia dicitur: ait Vener. Beda in Marc. cap. 16. Si meritorium inquiri ſpecimen, exprimit nomen: equidem plus eſt illi culmen eius perfectionis in gratia crucis: eiſque addidit ingenium pro claritatis ſingularis honore, in gratia crucis ſuſtinere crucem gratiæ. Hoc eſt Ioannes à Cruce: etenim ſi gratia illuminat, cruxque gravitate mortificatur: tunc canonizetur ſtamma vehementis amoris, & pondus huius admirabile crucis, in gratia crucis habet gaudiû & dulcedinem: in cruce gratiæ amaritudinè dolorem: etenim in cruce & amore quid non

Cruceus

Vener. Bed.

Que in illoſ gratia crucis gratiæ graſſia?

non eſſet ſingularis; ni pateretur ſpontè amaritudinem gaudij in crucis exultatione. Hic ſcopus Didacalia.

Pſal. 10. 4.

Verſ. 6.

Que eius gloria & decor gloriæ?

3. Huiusmodi virtutum ſumma larebât nitide, in umbra vite ſplendentis, quaſi reſcluſis momentis gemmæ elate ac ſelectæ perfectionis; Ioanne obtinente atque continente gratiam, qua præventus ſummâ dulcedine in gloriam. In benedictionibus dulcedinis. Potius huiusmodi optatâ gloriâ, exſtinctâ mortali vitâ. Magna eſt gloria eius; ut prædixit David: addiditque: Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum. Si gloria & magna conceſſa ſupponitur; ex decore quodâ gloriæ magnitudine additur: Eius in mundo gloriæ cognitio, quæ patebat tantùm cœlo. In cœlo erat Ioannis honor aberat honoris decore; quouſque fulgeret in terra, quo ſungebatur in gloria: in huiusmodique ſolemnitate plauſibili, gloriæ imponitur decore gloriæ: ut Ioannis virtutes celebrentur inter homines, mirantes eius inſignes præclariffimas virtutes: quandoquidem dignum ſingularis admirationis; videre in cruce gratiæ excellentè gratiam crucis. In curſu feliciffimo vite, Ioannes præventus dulcedine; ut gloriâ fruereſſet continuata fruitione. Eſtne gloriæ maior amplitudo? Profectò Canonizatio: ut mundus cognofcat ſummam felicitatis, ex viſione beatiſſica divini Numinis: gloriæque imponitur gloria, quaſi gratiæ teſtimonium, & acceptationis in vita: equidem ſplendorè dicit eius egregiæ virtutis, decore canonizationis. Dum in cœlo Ioannes & gloriouſiſſime ſic; gloriam & magnum decorem impones ſuper eum. Eſt gloria, & gloriæ decore, ubi ſummæ felicitatis conceditur honor: at magnitudo huius optabilis felicitatis non in gloria collocaſſet, ſed in gloria decoris. Gloria erat propter conſummatam gratiam nanciſci gloriâ. Decor verò gloriæ, cognofci in mundo, illuſtrari gloria cœli: & huiusmodi beatitudinis felicitatis, additur magnitudo decoris gloriæ; quoniam in canonizatione per gloriæ hoſte admirabilis decore, cognita perfectè gloriæ, quæ munerat virtutes.
4. Tota gloriæ (ut ait Regius Pſalres) In die virtutis tua in ſplendoribus Sanctorum. In ſplendoribus. Summa perfectio virtutum, quæ quidem fulget ſplendoribus Sanctorum. In ſplendoribus. Si eſt gloriæ gloriæ, congruit lux mirabili luci: igitur cum iret de virtute in virtutem, proceſſit virtus de claritate etiam in claritatem. In ſplendoribus. Eſt virtus ſplendoris, & ſimul ſplendor comes virtutis. Virtus ſplendoris, dum habetur: ſplendor virtutis, ubi cognofcitur

& non ſolum dicitur ſplendida virtus, ſed ſplendoris decus; quoniam reſultat magna momenta virtutum, præconiata canonizatione Sanctorum. Veraculè: Maniſeſtatione al mundo; logran mayor ſecimiento. Non in ſplendore, ſed in ſplendoribus: lumina luminibus: equidem beatificationis claritatem canonizatio extollit in ampliore ſplendorem. In ſententia Angelici Doctoris: Beatitudo eſt ſummum bonum in patria, virtus in via. Adi de Veritat. quæſt. 12. 3. 15-2. Diſt. 1. q. 2. 3. & à lect. 9. in 4. Dionyſ. In utroque extremo ſignatur ſummum & felicitatis ſummam in cœlo felicitate; & in terra. Torum in canonizatione continetur, totumque in cultum conſpicitur: ubi Eccleſia præſtat decore virtutem, atque virtuti decorem; minimeque deſignatur ſplendor, ſed cumulus ſplendorum, pro gloriâ præconiata virtutum; quod conſtat quid habitum fuſſet in via, per quod habetur in patria: igitur ſi in patria beata virtus ſummum bonum patet in via virtutem perveniſſe & uſque ad ſummum. Summum boni ex excellentia meriti, in maniſeſtata canonizatione: etenim ut clareat decore virtus, ſplendet mirè ſplendoribus Sanctorum. Hæc ſunt in vita. Ioannis uberima gratia; in morte gloria: & poſt mortem in Eccleſia militante canonizatio utriuſque; ut ſplendeat ulterius decore virtutis & gloriæ. Appoſitè ex Virgilio, 7. Eneid. v. 210. Aurea nunc ſolio ſtellantis Regia cœli Accipit, & numerû Divorû altariſſibus auget.

D. Thõ.

Virgil.

5. Sobit mentem Petri ſententia, quæ cœli deſinitur gloria, generi humano ſæculine Redemptoris acquiſita; igitur per gratiam feliciter deſtinata in hereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſcibilem, conſervatam in cœlis in vobis. Videtur implicare Tò In cœlis, In vobis. Unde ergo quæ eſt in nobis, quod fulget tantùm in cœlis? Eſt gloria occulta, acque gloria revelata. Gloria in cœlo occulta, quoniam habetur ſed à mundo nò percipitur. Gloria revelata; quippe in terra cognofcitur, quæ cœli gloria: diciturque meditante. In nobis, in cœlis; ut gloriæ eſſulgent ſplendore, queis Ioannes fungitur decore virtutis: igitur canonizatione perfectè, videtur à nobis in mundo, quæ habent gloriâ eius virtutes in cœlo. Totum, ſubdit Petrus: In laudem & gloriam & honorem in revelatione. Claret, Sanctos propter beatitudinem, habere laudem, gloriâ, & etiam honorem: ſed horum omnium & meritò connotatur revelatio; ut maniſeſtetur Ioannis gloria tam in patria, quàm in terra. In

1. Petrus. 1. 4.

Quomodo nobis revelat?

Verſ. 7.